

**Tentamen medicum inaugurale, de inflammatione : quod annuente summo numine : ex auctoritate reverendi admodum viri, D. Gulielmi Robertson, S.S.T.P. Academiae Edinburgenae Praefecti : nec non amplissimi senatus academicici consensu, et nobilissimae facultatis medicae decreto : pro gradu doctoratus, summisque in medicina honoribus ac privilegiis rite et legitime consequendis, eruditorum examini subjicit / Joannes Gahagan, Hibernus, Societ. Reg. Med. Edin. Soc. et Praes. Annuus. necnon Societ. Natur. Studios. Edin. Praeses Annuus.**

### **Contributors**

Gahagan, Joannes.  
University of Glasgow. Library

### **Publication/Creation**

Edinburgh, 1790.

### **Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/dzhxzxcr>

### **Provider**

University of Glasgow

### **License and attribution**

This material has been provided by This material has been provided by The University of Glasgow Library. The original may be consulted at The University of Glasgow Library. where the originals may be consulted. This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>

TENTAMEN MEDICUM

INAUGURALE,

DE

INFLAMMATIONE.

## ЧИОЦАММАДИ

Слово о земле

Слово о земле и о земельных  
делах в земельной книге

Человекотяжной грамматике

T E N T A M E N M E D I C U M  
I N A U G U R A L E,  
D E  
I N F L A M M A T I O N E.

Q U O D,

A N N U E N T E S U M M O N U M I N E,

E x A u c t o r i t a t e R e v e r e n d i a d m o d u m V i r i ,

D. G U L I E L M I R O B E R T S O N, S. S. T. P.

A C A D E M I Æ E D I N B U R G E N Æ P r a e f e c t i ;

N E C N O N

A m p l i s s i m i S E N A T U S A C A D E M I C I c o n s e n s u ,

E t n o b i l i s s i m a e F A C U L T A T I S M E D I C Æ d e c r e t o ;

P R O G R A D U D O C T O R I S ,

S U M M I S Q U E I N M E D I C I N A H O N O R I B U S A C P R I V I L E G I I S

R I T E E T L E G I T I M E C O N S E Q U E N D I S ;

E r u d i t o r u m e x a m i n i s u b j i c i t

J O A N N E S G A H A G A N ,

H I B E R N U S ,

S o c i e t . R e g . M e d . E d i n . S o c . e t P r a e f . A n n u u s .

N e c n o n

S o c i e t . N a t u r . S t u d i o f . E d i n . P r a e f e s A n n u u s .

*Sunt delicta tabuen, quibus ignovisse velimus.*

*Nam neque chorda sonum reddit, quem vult manus et mens;*

*Poscentique gravem persaepe remittit acutum;*

*Nec semper feriet quodcumque minabitur arcus.*

H O R A T .

A d d i e m 24. Junii, hora locoq u e s o l i t i s .

E D I N B U R G I :

A P U B A L F O U R e t S M E L L I E ,  
A c a d e m i a e T y p o g r a p h o s .

M, DCC, XC.

Digitized by the Internet Archive  
in 2016

<https://archive.org/details/b2492884>

Viro integerrimo

JULIELMO POWER KEATING TRENCH,

ARMIGERO;

Incolarum agri Gallivicensis nomine

Ad augustissimum ordinum Hiberniae

Conventum legato;

Populi immunitatum custodi vigilantissimo,

Libertatis patriae vindici acerrimo;

Qui

Omnem dignitatem,

A munere ei concredito, patriaeque incolumitate

Alienam,

Perpetuo respuit;

Quique

Omnem virtutem

Quae homini veram dignitatem vel ornamentum

Afferre,

Omnemque felicitatem

Quae maritum amantissimum, patrem pium,

Amicum sincerum, virum probum,

Beare queat,

Jam possidens,

Nullum fere dignitatis incrementum

Ex aulicis honoribus et favore Regis

Capere potest;

Propter innumera in se collata beneficia;

Апо<sup>столъ</sup> къ Римлянамъ

Слово къ Римлянамъ

Necnon

Fratri suo optimo et carissimo

MATHIÆ GAHAGAN, M. D.

Soc. Reg. Phys. Edin. Olim Praesidi,

Et

Societ. Natur. Studios. Edin.

Soc. Resp.

In Insula Grenada

Artem Apollineam cum summo humani generis fructu

Exercenti;

Propter beneficia plurima

In se collata,

Ex quibus spes felicissimæ

Sibi suisque confirmantur;

Testimonium, utut parvum,

Grati tamen animi,

Fraternique amoris,

Nunquam non fovendi;

nomini

convenit et quod est in eis

et quod est in eis sunt tamen

Denique,

Amico suo eruditissimo,

EDVARDO ASH, A.M.

Æd. Christi apud Oxon. Alumno,

Et

Socio Ratcliffiensi nuper electo;

Olim

Soc. Reg. Med. Edin. Praesidi Dignissimo,

Cujus

Morum suavitas,

Ingenii acumen,

Aliaeque dotes animi eximiae,

Nunquam satis miranda:

Propter summa commoda,

Ex jucundissima sua consuetudine et amicitia

Accepta,

Has academicorum suorum laborum primitias

D. D. C<sub>Q</sub>UE

A U C T O R.

George

Washington

MA. PRA. DUELA WEA

enquiry about your health.

11

affairs again throughout the world.

With

Doct<sup>r</sup> Wilson with best  
wishes from his very humble  
servt & Author

J. C. Abbott

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

1838

</div

T E N T A M E N M E D I C U M

I N A U G U R A L E,

D E

I N F L A M M A T I O N E.

---

HONORES medicinae summos petentem, temeritatis et audaciae selegendō rem tenebris adhuc spissis involutam, jure accusandum haud mihi ignotum; sed solum cupidus prodefē humano generi, mihi liceat morbum libere attingere, qui ob frequentiam et periculum postulat et comprobat quodvis conamen ad effectus lethales praeveniendos.

A

Hoc

Hoc voto impulsus, et liberalitate professorum illustrium hujus almae académiae, ex quorum praeceptis totam medicinae scientiam meam (qualiscunque sit) deduxi fretus; judicio eorum candido, ac erudito, ea quae, hac de re gravi, mihi in animum venerint lubenter permittam.

Quoniam corpori universo inflammatio afficiat, plane apparebit, eam difficillimam tractatu fore, priusquam leges et quedam phaenomena oeconomiae breviter proponantur; quamobrem de his ante paucis differere, quam nos rei propriae accingamus, haud inutile esse videtur.

Systema certa actionis vi praeditum esse debere, ut vita conservetur, et ut animalia muneribus suis rite fungantur; necnon omnem corporis conditionem, ab hac debita actione insigniter discedentem, morbum illatum esse omnibus patet. Rebus ita se habentibus, vix ullis argumentis opus erit, ad probandum, medici esse statuere a quibus corporis vigor pendet; qui enim corpus sanum ignorat, morbum pellere omnino erit ineptus.

tus. Sic ait *Galen*; “cujus morbi tanta magnitudo est,  
“ quantum a naturali statu recedit, quantum vero rece-  
“ dat, is solus novit, qui naturalem habitum ad amusim  
“ tenuerit \*.”

Natura providentissima nobis semper nostros habitus formavit, variis mutationibus iis imminentibus omnino aptos; sine equidem discrimine: A quibus valetudinis status, vel series illa per quam vitam degimus sine manifesto incommodo, punctum enim perfectae sanitatis haud facile notatu. “(Perfecti sanus nemo dici potest,  
“ sed fani dicuntur qui nulla corporis parte dolent, et  
“ ad vitae munera haudquam sunt impediti) magis  
“ extensus et permanens evadit †.”

Ab hac versatili corporis potestate, medici minus accurate ad rem animum advertentes, sibi persuaserunt leges a quibus natura machinam animalem regit, complices

\* De Method. Medend. lib. 1. tom. 10. p. 345.

† Galen de Sanit. Tuend. lib. 4. cap. 5. tom. 6. p. 170.

#### 4 DE INF L A M M A T I O N E.

plices esse et obscuras; valde nimis diversas iis quae in caeteris suis operationibus valent. Hac mente magna ex parte rem (maximi equidem momenti) investigare fere omnino neglexerunt; hinc ambiguitas et conjectura in arte medica exercenda.

Dicit illustris Bacon; "Natura rei in re ipsa non potest indagari †." Igitur leges machinae animalis ad illum ordinem, et simplicitatem, quorum nostro judicio capaces esse videntur, reducamus; paululum ultra ea quae animalium vita profert despiceret lubet, ut quid sit illud principium, et numnam alicubi, quam in animalium fabrica invenietur, statuamus. His incumbentibus nobis phaenomena plantarum conspicua talia esse videntur, qualia ne minimum locum dubitandi dant, quin potestatem vitali possideant, principium hujuscce vitalitatis idem esse in utrisque regnis manife ste videtur; unde autem hoc principium (quod postea irritabilitatem nominabimus) derivatur, nequaquam explicare possumus. Nobis sufficiat

† De Augmentis Scientiarum, vol. ii.

ciat effectus ejus stabilire, et ab his leges colligere, quibus in generatione vitae animalis vel vegetabilis regitur. Haller † vitam describit quasi in corpore tantum motum, sanitatem quandam esse variandi facultatem, illius motus cuius vel excessus vel defectus, opportunitatem morbi mortem ve infert, hanc definitionem vegetabilem aequa ac ad vitam animalem applicandam judicamus, quanquam modis longe diversis ad phaenomena vitae exhibenda plantae, quam animalia, excitantur. In plantis hoc principium paucis et simplicibus potestatis excitatur, et motus hinc orti aequa sunt simplices; in animalibus autem summa motuum varietas requiritur. Causa hujuscemodi diversitatis satis manifesta videtur. Plantae enim nutriuntur vitaque earum paucorum principiorum applicatione spontanea conservatur; sed animalibus plerisque varietatem alimenti majorem postulantibus, ad eam comparandam, vires et facultates, ex principio vitali, una cum quadam fabrica conjuncta, suppeditantur. Haec motus varietas perpetuo augetur ordine animalium ab infimo ad summum, nempe hominem; cui ut existet tanta rerum diversitas necessaria est, ut non mo-

do

† Halleri Praelec. in Boerhaavii Institut.

do praestantiam structurae postulat, sed etiam intellectus, ut actiones ejus ad fines dignos dirigantur.

Tantum necessarium praefari judicavi quantum ad connectionem refert ex qua principium vitae, et animalis et vegetabilis pendet, antequam illas causas quae in animali aequilibrium turbat, inter principium passivum (vel irritabilitatem) et agentes vel communes vitae vires excitantes, sanem actionem producendo necessarias exponere aggredior. “ Vis vitalis (inquit Gaubius) dupli modo peccare potest, excessu puta, et defectu, “ hunc torporem illum irritabilitatem vocabo †.” Irritabilitatis principium systema universaliter pervadit, et ubique partis muneribus idoneum; mutationibus duabus obnoxium, augmento scilicet et decremento, quae vel ab excessu vel defectu potestatum excitantium pendent. Consensus per totum corpus ope hujus principii conservetur, adeo ut nulla quantumvis pars ignobilis vehementer vel diuturne affici potest, quin totum turbatur, hinc verborum Hippocratis sapientia patet. “ Principium corporis quidem nullum esse videtur, sed

“ partes

† Gaub. Path.

" partes omnes peraeque principium omnesque fines  
" descripto, namque circulo principium nullum inveni-  
" tur †." Minime autem me intelligi volo dicere, princi-  
pium vitale in omni corporis parte pariter mutationibus  
esse obnoxium ; diversa enim structura varietatis causa  
esse potest quodammodo illi similis quam inter animalia  
et vegetabilia adeste observamus, sanguinis qui in corde  
illud ad sanam actionem incitat applicatio fibris stoma-  
chi et intestinorum abnormes effectus gignit. Per  
primos menses in utero, vita foetus motu illi simillimo  
ac in vegetabilibus sustinetur. Hoc vitae principium  
nullum alium finem spectat, praeter corporis incremen-  
tum ; jamjam nutrimentum adaptatum matre suppedi-  
tanti ; hujuscce motus exfuscitatio simplex esse debet et  
vix observanda ; haec eadem motus species in multis  
corporis officiis per totam vitam valet, veluti in capillis,  
unguisbus ; et priusquam ad hujus dissertatiunculae finem  
perveniam, regenerationem carnis in vulneribus similem  
esse motum demonstrare conabor. Ut foetus ad  
maturitatem proveniat animales motus magis validi et  
varii fiunt, connectione inter matrem et foetum stabi-  
lita, novus stimulus scilicet sanguis suppeditatur, quo

vitale

† Charter, tom. viii p. 357.

vitale principium ad actionem excitatur, cor pulsat, nuncque inchoat vita animalis, quae cerebri et nervorum evolutione principium vitae afficient, quasi nova praecipuaque vi, et sic musculari fibrae illam contractionis validitatem praebens, quam distinctionis causa vim tonicam vocamus, sustinetur et continuatur. Hic constat, me judice, maxima nervorum utilitas in motu animali promovendo; ab eorum enim firma et aquabili actione sana fibrae contractio pendet; quia vires aliae nequam dantur, quae hoc perenni munere fungantur. Argumentum adversarium nostrae opinioni, scilicet nervos sensu incitando et vi tonica, manifesta signa vitae animalis praebere, hujusmodi proponitur: Multa animalia sine cerebro vel nervis quibus vita perfectissima inventi; cui satis erit respondere, ut ad parvam se movendi potestatem quae his animalibus inest, structura nervorum vel cerebri iis minime sit necessaria: Nervosam autem vim quodammodo adeffe, ab horum animalium sensu colligere licet.

A supra dictis videtur vim nervosam, inter primas causarum excitantium vitae principio adhibitarum, quae animalem

animalem actionem movent, existere. Nisi tamen aliquid motus prius adesset, haec actio nervosae vis nunquam exercenda fuisset; cum ex aliquo motus genere necesse sit pendeat, in ipsa formatione et incremento organorum, quibus per totum systema distribuitur, ut effectus antea memoratos edat. “ Inter terea tamen non dissimulandum est, partes quasdam, musculofas per quam mature in foetu confpici, et insignem vim et robur jam adeptas esse quam cerebrum ipsum adhuc molle et fere fluidum reperitur, earumque actionem ad hujus functionem et augmen- requiri; et musculos semper partibus nervosis vere multo firmiores esse, et vim propriam irritabilem, nimis mirum quam nervi nunquam participant †.” A vi nervorum excitatrici una cum sanguinis caeterorumque corporis fluidorum viribus; ea quorundam musculorum qui involuntarii audiunt promovetur et sustentatur; hinc actio quam maxime aequabilis systematis vascularis, a rata parte principii vitalis cum viribus collata

B

pendet.

† Greg. Conspect. p. 63.

pendet. In musculis voluntati parentibus nervi soli causae excitantes jure haberi debent; hic quoque ratio inter vires excitantes et excitatas, sive inter nervorum potestates et vitae principium, summopere tenenda est. Haec vis nervorum stimulatrix primo, ut mihi videtur, minime a voluntate pependit, ut nonnulli voluerunt. Hi enim musculi ad functiones suas peragendas a nonnulla alia causa praeter animi conatus excitati fuerunt. Haec eadem actio repetita tantum inter mentem et hunc motum consensum efficit, ut tandem mens ad arbitrium valuerit in iis musculis motum omnem quem in sanitate peragere possunt excitare. Argumentum est hos musculos minime suo imperio nostro habendos esse vel nunc vel in principio; quia in quibusdam morbis vis voluntatis omnino amittitur.

Actio sanitati necessaria variis vitae stadiis, quippe cum causae, longe aliter sese habent invicem collatae. Infantia scilicet et juventute principium vitae majoris gradu adest quam vires excitantes, unde varias et multas actiones juventutis inutiles facile perficere possumus. Cum validae actiones aetatis virilis magis sint firmae

et

et aequabiles, principium vitae non permultum distat ab aequipondio virium excitantium; hinc impetus potius quam varietas hujusce temporis signum. In senectute nequaquam aequipondium manet, evanescente vel deficiente vitae principio; nec enim in hoc statu aut frequentia aut impetus adsunt; exhaustis corporis potestatibus, usque adeo ut systema renovationis capax a perpetua et diurna virium excitantium actione esse nequit.

Ab his quae a nobis cursim de diversis vitae temporibus proposita sunt, patet, (diversissimae licet potestates aliae aliis temporibus adsint) quendam modum rationemve inter vitae principium et potestates excitantes, ut vita commode sustineatur adesse debere. In eunte aetate, ea levitas, ea mobilitas, quae colligit ac ponit iram temere et mutatur in horas, forsitan ex principio vitali minus exercitato, oriundae. Inde videmus hunc statum validae actioni imparem evadere, iisque morbis obnoxium qui nimia ab irritabilitate pendent.

Medio vitae cursu, ubi in systemate proportio principii excitantis, et excitati, fere par est morbi proprii iis sunt, qui ab aucto vigore proveniunt, scilicet qui vulgo inflammatorii nominantur. Morbi senectutis, ab imminuta systematis actione, adeo exhausto vitae principio, ut corpus novi subsidii haud amplius esse capax evadit, manifeste exoriuntur. Hinc illa ad morbos proclivitas insanabiles qui in hoc vitae stadio graffantur.

Cum igitur vitia cujusque vitae stadii propria leviter perstrinximus, eorumque rationem a mutationibus quibus vitae principium natura subit, reddere conati sumus; fortasse haud absurdum sit colligere morbos similes, a causis status corporis similes inducentibus, quovis vitae stadio oriri posse. In florente aetate nempe ab accumulatione vel imminutione irritabilitatis vel mobilitatis omnes et juventutem et senectutem morbos stipantes provenire videmus.

Huic mutabilitati varietas quae in remediorum actione conspicitur, etiamque in causis morbos excitantibus

attribuenda;

attribuenda; opportunitas qua corpus praeditum sit,  
ut eadem medicinae species, valde diversos immo etiam  
contrarios effectus diversis temporibus admota edat;  
verum enim vero idem cibus longe aliter afficit, diversis  
temporibus intra corpus receptus,

Ea est igitur hujus vitae principii natura, ut sece  
aequabiliter per omnes corporis partes diffundat; et  
ubique aequipondium servet; et in quacumque parte  
ejusdem imminutio fiat, eo ad restaurandum ex reliquo  
corpo celerrime confugit. Si illius partis stimulus  
agens diutius manserit, perinde hoc vitae princi-  
pium dilabitur, ac si causa latissime pateret. Unde  
actio totius corporis imminuta vel plures functiones  
laefae. Haec imminutio a quibuslibet causis inducta  
celerrime evenit in iis temperamentis quibus plus  
irritabilitatis, quam quae ad vitae perfecta munera  
fungenda satis fit. Hinc pendent illae animalium  
vitae leges, viz. imo, Hoc principio summopere  
accumulato, eae potestates quae corporis sano statu  
minimum effectum ederent, citissime universum ex-

hauriunt.

hauriunt. 2do, Contra autem hoc principio summo-  
pere imminuto, eadem potestates vi vitali renovandae  
restaurandaeque insigniter inserviunt.

Cum igitur totius systematis irritabilitas stimulorum  
vi nimis vehementium in tantum exhauriatur, ut non  
modo sanitati impar evadet, verum etiam mors ipsa  
subito inducatur: tum etiam partis cuiuslibet irri-  
tabilitas eadem lege non modo celerius subtrahatur,  
quam a reliquo corpore renovetur, sed tantopere ex-  
hauriatur ut renovando non amplius sit idonea, et  
mortem eam partem pati necesse sit.

Inutile foret, ut credo, conjectura asequi fontem; (in  
modo possim) unde hoc vitae principium derivatur; ne  
in hoc igitur verbis morar, hujuscēdē dissertatione  
rem propriam, una tamen observatione praemissa, pro-  
sequar. Quanquam de origine irritabilitatis taceam, a san-  
guine tamen credibile est, id principium ad omnes cor-  
poris partes perduci et diffundi; in quo igitur adesse  
necesse

necessa est, et iisdem legibus quibus in partibus solidis obnoxia.

Etsi haud me fugit, quibusdam fortasse, haec quae supra tractavimus, minus ad rem inchoatam pertinere, videri posse; ratione tamen rerum varietatis habita, cum de omni inflammationis genere dicendum erit, haud sine causa videbitur, quod haec praefanda esse judicavimus.

Omnigena inflammatio, me judge, in duo genera recte dividatur, nempe in activam et passivam, quippe cum de conditionibus vasorum sibi invicem omnino diversis pendeant. Hujusmodi distinctio videtur in mente Galeni fuisse cum dicit. “Humida quidem  
“ quae ex calida fluxione partem obsedente fit; sicca  
“ autem quando sine ulla fluxione conatum calorem  
“ accendi contingit \*.” Hallerus etiam ad talern distinctionem

\* Gal. de Meth. Med. cap. 1. tom. 10. page 367.

tinctionem referre videtur, de suffocata vel depressa inflammatione differens †.

Haec duo inflammationis genera a causis vel parte vel generaliter agentibus oriantur; ab activa inflammatione ordiemur, et phaenomenorum proprietatum rationem reddere conabimur.

Activa inflammatio, a quacunque causa proveniat, in aucta solita sanitatis actione partis affectae constat. Unde arteriarum vi musculosa in sanguinem inclusum validius exercitata; secretio fluidi quod arteriae exhalantes a sanguine secernere debent, aucta et in temam cellulosam effusa, tumorem in hac inflammationis specie notabilem efficit.

Si ex causa generali inflammatio oriatur, in hac potius quam illa parte graffabitur, praे hujus partis opportunitate ex aucta irritabilitate scilicet profecta; ve-

lutā

† Praelectiones, in Boerhaave Institut.

luti in pneumonia phrenitide, &c. Quanquam enim inflammatio activa, cel. Hunterii judicio, tenuia vasa solummodo afficere videtur; credebile est autem, ubi causa vehemens agit, eandem actionem inflammatoryam per totum systema sanguiferum diffundi; paulo aliter tamen signatur ac si morbus localis esset. Quum enim ex causa locali hujusmodi inflammatio proveniat, et si satis vehemens evaserit, diathesin phlogistica vel synocham ipsam in toto corpore excitabit: In hanc sententiam Celsus, “ Si sanguis in eas venas quae spiritui accommodatae sunt, transfunditur, et inflammatio nem, quam Graeci nominant, excitat, eaque inflammatio talem motum efficit, qualis in febre est †.”

Inflammatio activa ex effectibus in quatuor stadia recte dividatur, scilicet, exhalans, agglutinans, suppurans, et ulcerans. In horum primo stadio vasa exhalantia fluidi plus solito effundunt; quo magna ex parte onere gravante leventur, et morbus haud raro tollitur. Sin

C

autem

† Cels. Praefat.

autem omine minus felici, causa vehementior urgeat; horum vasorum lumina adeo minuantur, ut amplius ejusdem fluidi effusio per illa intercludatur. Causa igitur stimulatrix intus retenta, adeo vehementer faevit, ut vitae principium citius serius exauriat. Ni autem maximum fiat dispendium (quod cum accidat, gangrenam partis mortemve adfert) hoc imprimis ad salutem spectat. Vasa enim nimio labore defatigata, paululum fese remittunt; hinc stadium adhaesivum; five quo lympha sanguinis coagulabilis praecipue effunditur. In hoc stadio adhaesivo vasorum actio, quamvis paululum minor, quam stadio primo, longe tamen major illa, quam prospera valetudo postulat; qua glutinis secretione, absque stadio suppuranti, saepe inflammatio terminatur. Sin minus, proximum est ut suppuratio fiat.

Priusquam autem ad hanc vim suppurandi explicandam aggrediemur, hujusmodi quaestioni respondendum videtur. Quibusnam modis vis illa agglutinandi finem inflammationibus adfert? Nos, ni fallimur, huic quaestioni satisfacere existimabimus, si res duas proposuerimus,

in hunc effectum praecipue conducentes, aliam ortam, ex imminuta vi stimulatrici, scilicet, subductione lymphae coagulabilis dum agglutinandi processus perficitur: aliam ex glutine in tela collulosa deposito, quo morbus latius graffari prohibetur, et quasi suis limitibus contineri videatur.

In stadio inflammationis activae nobis tertio proposito suppurandi, scilicet, vasorum actio aliquanto minor esse videtur, quam in priore; justa tamen sive sana multo major: quanquam ex eo quod excernitur vasa potius glandularum vice quam quavis alia fungi videantur.

Cur pus fecernatur, et in quam finem, non nobis liquet, an sanitati reddendae partibus inflammationem passis, magis quam lympha idoneum sit, non satis constat. Mihi probabile videtur (cum sanguinis gluten adesse necesse sit, ut in sanitatem evadat inflammatio in tribus ultimis illis decursibus, horum primo videlicet, ut partes cohaerescant; secundo, ut parietibus ex hoc glutine effectis serpenti et amplianti vomicae obstetur; et

tertio

tertio ut novae carni faveatur), pus vicarium sive secundarium esse quoddam, ad vasa lympham effundentia excitanda quae inflammatione exhausta et quafr fatigata deficerent, paratum. Vel forte, quod magis verisimile esse possit, pus in vasa absorbentia effectum edit, quo excitentur ad ea resorbenda quae novae carni obstant, quaeque inflammationi faveant. Multae res ad hanc sententiam stabiendam concurrunt, praecipue eae quae in stadio quarto vel ulcerante observantur. Hoc enim stadio videre est partes solidas reforberi et ulceraria magna formari, nunquam vero, pure absente, ideoque pus pro causa haberi debet. Longe alio modo in aliis ulcerum genere, res sepe habere creditur; ubi enim stimuli adeo validi vim suam ediderunt ut principium illud vitale longe plus satis exaurirent, primum secundum et tertium stadium subito praetermittuntur; natura perturbatur quo minus solitis officiis fungatur, quorum ope inflamatio sensim minueretur. Hujus simile quoddam in totius systematis magna incitatione, ut infebribus evenire solet, quum sepe natura perspiratione, diarrhoea, aliove quopiam evacuandi modo, exoneret.

Vasis in tantum igitur exhaustis vix inflammationi lotus est, et vis resiliendi tantopere imminuitur, ut pars sanguinis aquosior per aperta ora effunditur, sive exfudatur, et instar materiae mortuae (quinetiam et sanguis ipse in hujusmodi statu, nonnihil "aura simplicis igni" spoliatur) quae in tela cellulosa deposita absorbentia stimulat, ut partes vicinas rodant et amoveant, quemadmodum in ulceribus sanatu difficultibus fieri videmus.

Saepius tamen tantum irritabilitatis dispendium, inflammationem activam vehementem subsequitur, ut ea pars vita privatur, gangraenaque corripitur, et si partes reliquae integrae validaeque manent, mortua a vivis absorbentibus separantur, quae viva vicina assumunt, limitemque statuunt; dumque vita expertia separantur et amoveantur, vasa partium vigentium vim agglutinandi exercent, qua finis morbo imponatur.

In causis inflammationis activae statuendis, celeberrimum Boerhaavium, honoris causa, nominabimus.  
" Quicquid (inquit) vasorum fines ita arctat in conicis cylindrisve, ut diameter aperturae fiat diametro sphæ-

" rae sanguinis minor, inflammationis causa esse potest,  
 " sive hoc sit premendo, distrahendo, intorquendo;  
 " rumpendo, contundendo, urendo, vel irrodendo, hisce  
 " calor, motus vehemens, frigus acre infixa adnume-  
 " rantur."—Aph. § 375.

Sede vero inflammatio activa satis dignoscitur, cum  
 nunquam non in tela cellulosa, vel in membranis vasorum  
 exhalantibus scatentibus, versatur, ut in pleura, pericar-  
 dio, peritonaeo, urethra, utero \*. Signum fortasse  
 minus adhuc fallax petitur, ex eo processu quo pus for-  
 matur, quippe quod nunquam in eo laxo vasorum sta-  
 tu, qui in inflammatione passiva obvenit, conspicitur; et  
 nobis, ni multum fallimur, clarissime liquet, stadium ad-  
 haesivum in hac specie nunquam aesse.

In illa activa, calor, rubor, dolor acutissimus adfunt;  
 quorum illi a sanguine rubro vi vasorum attenuato †, et  
 in arterias minores insinuato, a quibus sanitate exclusus  
 fuit;

\* Cullen's First Lines, CCLXXV.

† Hewson on the Blood.

suit; hic ab incitatione partis, qua nervorum vis sentiendi adaugetur, pendet.

Ratio medendi in activa inflammatione, maxime petenda est ab imminuta vasorum actione remediis vel topicis, vel generalibus efficienda. Huic indicationi maxime consulitur, sanguinis detractione, qua impetus ejus retardatur, ne tantopere fines arteriarum arctatos stimulet, quae haud raro sine ullo alio remedio morbum tollit: Saepius tamen, calor *modicus*, cataplasmate vel fotu adhibitus, praecipue in phlegmonibus, sive in ea telae cellularis inflammatione, remedium optimum videtur; utpote quod de principio vitali tantum detrahit, ut arterias arctatas remittat, et fana exhalatio restituatur, qua celeriter se causis inflammationem excitantibus liberent, ut supra diximus. Hic finis resolutio vel discussio dicitur. Ubi vero causa morbi excitans minus simplicia remedia postulat, *vim agglutinandi suppurrandive* scilicet, calor non sine fructu adhibetur. Quanquam enim incitationem vasorum tam cito ad sanum gradum deducere, quam in superiore stadio haud queat; vis tamen stimulatrix ea est

quae

quae exhalantia excitet, ad gluten pusve effundendum,  
quorum alterutero opus est ut morbus tollatur.  
Hinc colligere licet, quinam sint ii frigoris effectus  
adeo exitiales in omni solutione continui conspicui.  
Frigus enim irritabilitatis adcumulationi quam max-  
ime favet, vi caloris pro tempore intermissa: un-  
de incitatio ultra illam quae ad gluten pusve fecernen-  
dum idonea sit, oritur, quorum alterutrum ad omnem  
*continui* solutionem sanandam necesse esse, ostendimus.  
Hinc perspicuum est, cur adeo sollicite, et diligenter in  
eo curationis genere, quod prima intentione intelligitur,  
omnis aeris accessus paecluditur, ne incitatio vehe-  
mentior quam quae agglutinationi conveniat, aleretur,  
chirurgi opera et cura luderetur, vel demum gangraena  
induceretur. Quandocunque novam carnem sive gra-  
nulationem incumbendum est, ut promoteamus, a fri-  
gore non minus fedulo cavendum; aliter enim vis agglu-  
tinandi potius quam suppurandi, ex aeris et frigoris ef-  
fectu, sustentabitur, hinc puris minus, carnis vero plus  
fatis obvenit.

Quae

Quae supra de puris usu in medium protulimus,  
hinc verosimiliora reddi videntur, et etiam quae cel.  
Hunter, in hanc sententiam observavit, “ Absorbentia  
“ scilicet corporis esse formae decorisque artifices.”  
Gluten enim sanguinis, ex quo nova caro, quasi proce-  
su quodam vegetabili formatur, in iis ulcerum inflam-  
mationibus, tanta copia effunditur, ut fungorum instar  
granulae exoriuntur, dum absorbentia, puris stimulo in-  
tercluso, ignavia et inertia torpant, nec vim decorandi  
exferunt. Hinc fere ulcus carne fungosa scatet,  
quam, utpote ad partes vicinas conjungendas, cavum-  
que complendum, minus aptam, exurere cogimur iis  
remediis quae suppurationem restituant, sanationem-  
que rite promoveant.

Inflammatio activa ad terminationem funestam alia  
via pervenire potest, quam gangraena, ex vi aut di-  
uturnitate causae excitantis, (quae huic cum inflam-  
matione passiva communis est), hydrope scilicet, ex-  
emplo thoracis, abdominis, quae hanc terminationem  
subire haud raro observantur.

Secundum stadium (agglutinandi intelligi volo) inflammationis activae, saepius percurritur in variis corporis partibus, sine ullo insigni systematis incommodo; exempla sunt, thorace, pleura pulmonaris cum costale cohaerescit; abdomine, peritonaeum fibimet agglutinatur; in aliis partibus novae membranae formantur. An non colligere licet, membranam duplicatam, vi simili uteri exhalantium formari? Foetum stimulum fatis validum edere posse credibile nobis videtur.

Iis, quae nobis de inflammatione activa tradenda praecipue videbantur, traditis, quibusque notis facilime dignoscatur; ad illam alteram, quae passiva nuncupatur, veniemus; et quamquam summis difficultatibus premitur, signa tamen plura et clariora, quibus inter se haeduae dignoscantur, proferre conabimur.

Inflammatio passiva, undecunque orta, a vi sana et solita partis affectae imminuta pendet; adeo ut arteriarum vis muscularis sanguinem influentem propellere, et promovere nequit; unde remora, vasorum dilatatio, tumor, dolor, ardor, rubor, parti obsident. Si hujus inflammationis

tionis causa latior pateat, scilicet in corpore universo, fana  
vis et incitatio minuatur; morbi causa, quamvis ge-  
neralis in partem infirmissimam, primum adorietur †.  
Quacunque corporis parte sanguis inest, ibi inflammatio  
passiva adest potest; cuius quippe causa praedisponeb,  
cum sit longe ab activa diversa (etiam quum utraque  
causa ab temperamento vel vitae genere oritur) tum  
etiam effectus longe diversos edere confuevit.

Ea in quibus maxime similes videri solent haec sunt,  
calor, dolor, rubor, tumor; in passiva vero calor potius  
frequentiae quam vi contractionis fibrarum muscula-  
rium tribuendus; nam fibrae prius exhaustae, et quo-  
dammodo fatigatae, sanguini impleti tendentique ce-  
dunt, donec distensionis stimulo incitantur ad contrac-  
tiones illas debiles et frequentes, quae non solum calo-  
ris, verum etiam doloris hujus inflammationis, causae  
sunt. Si coacervatio sive congestio in vasis pau-  
lulum saltem exhaustis obveniat, distensionis stimulus fi-  
bram adeo valde excitabit, ut sanguinem tardantem  
propellat,

† Hunter, Surgical Lectures, MS.

propellat, causamque nocivam brevi arceat. Sin autem causa exhaustionis diu inyeteraverit, causa contrahendi in fibra tantopere minuitur, ut ad hanc operam impar evadit; hinc diuturnitas et periculum in inflammatione passiva, quae haud raro obseruantur. Quanquam aliquoties, ut in ophthalmiae quibusdam varietatibus, vix periculum aut dolorem ullum, adferre observatur.

Tumor et rubor in inflammatione passiva ex nimio sanguine in arteriis congesto oriuntur; sed hic rubor longe abhorret a rubore activae, quippe qui purpurascit et livefcit, ex illius aurai simplicis igni, vel irritabilitate sanguinis amissa, ut credere est †; et hinc ab illo activae inflammationis rubore facillime dignoscatur.

Ea quibus duo genera inflammationis inter se constantissime differunt, ut nobis persuasum est, haec sunt; stadium suppurandi semper, agglutinandi saepe, in passiva abesse observantur; quoniam exhalantia vasa ad glutten pusve effundendum inepta sunt. Inde colligendum videtur,

† Vide Hewson, Goodwin, et Crawford, on the Blood, on Respiration, and on Animal Heat.

videtur, solam terminationem, cuius haec inflammatio passiva capax esse credatur, resolutionem vel gangrenam videri; nisi his addere licet hydropem in partibus quibusdam, ut in ea effusione aquosa quae phymosin, paraphymosin, et caetera hujusmodi, generat.

Vasa supra modum sanguine distenta in inflammatione passiva, saepius disruptur, unde haemorrhagiae pro corporis parte periculosae. Phlogosis cerebri et pulmonum, quamquam plerumque ex prioris inflammationis genere, saepissime tamen in hanc passivam infelicitate contendit: quoniam vasa vi illa vitali celeriter amissa, ex nimia incitatione, laxantur, et haemorrhagiae funestae immisces habenis inferuntur.

In omnibus aegrotis, quibus aetate, luxu, vel morbo corporis vigor adeo debilitatur, ut cor, arteriaeque non rite sanguinem propellere valeant; et in infirmioribus arteriarum systematis partibus sanguinem cessare et accumulare, in extremitatibus, videlicet, utpote a centro curriculi longissime remotis, saepius videre est. Hinc pedis pollex major in podagra tentatur; hinc

ulcera

ulcera in cruribus seniorum difficilius sanantur, nec ullum in his ulceribus sanandis praesentius remedium quam *fasciae* inventum, quod eodem pertinet; hinc glandularum inflammations, diversis corporis partibus ex languida circuitione sanguinis ortae. Haec omnia probabiliora redduntur, ex eo quod omnes compertum habent, quo cordi proprius hujusmodi ulcera, eo citius sananda †; hinc diu observatum est, ulcera in femoribus facile, dum in iisdem aegris difficilius in cruribus, sanari.

Doloris causa, in utroque genere, ratione simili explicari potest; vi nervosa, scilicet, a morbi stimulo instantum aucta et excitata. Eadem ratione quoque partes, alias sensu expertes, dum inflammantur, sensu summo praeditae inveniuntur, exemplo pleurae, ligamentorum, et tendinum. In his partibus, sanitate frumentibus, illum sensum exquisitum, non modo inutilem, verum etiam summo incommodo fore fatendum est; et igitur, portio exigua vis nerveae, iis partibus impenditur, quae morbum

† Hunter, Surg. Lect. MS. Haller, Praelect. p. 441.

morbum adesse significare sufficiat, mentemque ad causandum vel occurrentum remediis idoneis excitet.

Cum in doloris sensus mentionem incidimus, haud abs re fore speramus aliud de dignoscendi ratione signum inter activam et passivam inflammationem proferre. In illa dolor auctior, lente evanescens; in hac fere obtusior, et haud raro, ut quibusdam exemplis, podagrae fugacissimus.

Haec omnia passivae inflammationis signa debilitate comitantur, sive (ut supra diximus) ex senectute, luxu, vel morbo, illa debilitas oriatur.

Ratio igitur medendi maxima ex parte in vigore fibrae revocando, quo vi sanguinis distendentis resistat, sive potius quo vim resiliendi exferat, ad sanguinem propellendum, si ad congestum proclivis fit, constare videtur. Ad hanc indicationem satisfaciendam, primo, vasis laborantibus succurrentum, stimulis levioribus, ut se exonerare excitentur; vel sanguinis detractione moderata, ope hirudinum, vel cucurbitularum, cum dolor

vehemens

vehemens aut pertinax urgeat. Sed, ex nostro judicio, consilium optimum in hujusmodi inflammationibus, non ex evacuatione capiendum est, sed ex iis omnibus rationibus, quibus vigor tonicus (me saltem judice) sive ex diaeta sive ex medicinis corpori restauretur. Hoc enim recuperato, illud inter potestates excitantes et excitatas aequilibrium renovatur, et ex facultate vitalis principii recipiendi confirmata (sine qua, debilitati et penuriae irritabilitatis resistere nullo modo possumus) perpetuatur. Haec tenus de iis inflammationis passivae morbis differuimus, qui ex universi corporis debilitate vel opportunitate, lentis et diuturnis passibus inducta, oriuntur; nunc ad ejusdem alias morbos veniemus, a causis minus late patentibus profectos, minusque a corporis opportunitate, quam a partium structura\*, quales sunt erysipelas, et ophthalmia, pendentibus; erysipelas † enim statu usitato et simplici, vasis cutis superficie, vel retis mucosi, et in tubo intestinali, iisdem vasis in epithelio, cuticulam referenti obsidet. Cum haec vasa ad vaporem tenuissimum, a sanguine fecernendum, comparantur tum propter

\* Haller, Praelect. in Institut. Boehr. p. 444.

† Vide Galen Definit. de Erys. Rat. Medend.

propter eorum exilitatem, tum propter cuticulae \* con-  
junctionem; pars ea sanguinis densior exhalare nullo  
modo potest. Et quandocunque causa aliqua inflam-  
mationis premit, ut in erysipelate, gastritide, &c.  
cum nullam partem fluidi distendentis et supra modum  
stimulantis, vasa deponere possunt; celeriter vi resilien-  
di et irritabilitate spoliantur, quibus amissis, ad impe-  
tum sanguinis influentis resistendum omnino imparia  
evadere necesse est. Immo haec vasa principio vitali  
adeo privari possunt, ut non solum sanguinem rubrum  
partim intromittant et recipiant; verum etiam, quasi tu-  
bae mortuae, serum transfluere finant, quod inter cutem  
et cuticulam effusum, hanc vesicularum instar †, levat  
et distendat, ex hoc eventu gangraena metuenda ‡.  
Haec erysipelatis species fere aliquot suppurandi signa  
edit, quae in errorem gravissimum saepe medentes in-  
duxere; naturam scilicet esse hujus generis inflamma-  
tionum suppurandi stadium percurrere; observatio au-  
tem accuratior, et experientia diuturnior, hanc opinio-  
nem fatis refellerunt. Vasa enim in hujusmodi mor-

E

bis,

\* Cullen's First Lines, vol. 1. p. 257.

† Syden. Opera Univ. p. 279.

‡ Cullen's First Lines, p. 256. ib.

bis, pus effudentia (si revera pus unquam effunditur) minime ea sunt erysipelate affecta, sed ea in tela cellulosa cutis verae serpentia; vel fero *superincumbente* excitata, vel causa morbi generali, tantam potestatem exferente, ut in his vasis activam, superioribus tamen passivam inflammationem patientibus, induceret; vel forte, si ita sese res habet, et pus erysipelate fecerit fatendum est, non alio modo, quam vesicatoria, quae cuticula amissa ut corpora extranea agere videntur, et exhalantia cutis verae ad pus effundendum excitare observantur. Quae de erysipelate proposuimus in corporis superficie, ad id haud minus pertinebunt, quod in ventriculo et intestinis obvenire notatur; quod Cullenum sagacissimum non fugit, ipse autem erythematis nomine insignire maluit †. Nec minus hic valent, quae supra de suppurandi stadio objecimus; periculum autem, his partibus interioribus, longe majus intentatur, utpote febri typhoidea, haec erysipelatis species, nunquam non stipatur; ex intima, ut nobis videtur, coniunctione harum partium cum corpore uni-

verso;

† Cullen's First Lines, vol. 1. p. 357.

verso; unde earum irritabilitatis inanitio fractas vires totius corporis efficit, typhi fons et caput †. Typhus porro erysipelas externum haud raro comitatur. (Vide Hoffman de Erysipelat. Febr. ‡). Corpus equidem erysipelate vexatum vel pluribus ex iis cel. Culleni morbis exanthematicis, obnoxium fit debilitati quae typhum comitatur. Ea igitur exanthemata minime antiphlogistica ratione, quae remedium praesentissimum in activa comprobatur, curanda esse videantur. Clarissimus Sydenhamius §, in erysipelate curando, quod nunquam in suppurationem devenire se observasse meminit; stimulis validissimis, ut Sp. Vin. Theriac. And. piper long, fomentis, &c. externe, opiatis interne utebatur.

Haec altera inflammationis passivae species supra notata, ophthalmia scilicet, a partium structura oriri videatur.

† Cel. Cullen pr. lin. p. 360. et Nosol. vol. 2. p. 100.

‡ Certe non tam levis, innocens, et simplex est, erysipelaceæ febris at vulgo putatur, sed gravis saepe, periculosa, et non raro lethalis; quin multum affinitatis alit cum morbo omnium atrocissimo, ipsa febre pestilentiali. Hoff. vol. 1. tom. 4. § 1. ch. 12.

§ Opera Univ. p. 586. et Haller, p. 440.

tur. Causae remotae plerumque locales sunt, ex Hoffmanni sententia, vis externa, studium exercitatissimum, lux splendida, vigilia et vapores acres, horum omnium effectus primarius stimulandi est, quo moles solita major sanguinis in vasa solicitatur, quae ut in erysipelate irritabilitatem exhausta. Unde sanguis ruber in eas arteriarum partes, ex quibus, sano corporis statu, exclusus fuit, transit; hinc dolor, rubor, calor. Quibusunque partibus exhaustione, nocetur, totius corporis injuria semper, pro rata parte, irritabilitatis ex toto systemate suppeditandae, ad eas partes reficiendas aestimanda est: Hinc, ut in eo morbo de quo hic agitur, et pluribus aliis erysipelatis varietatibus, quibus paucis duntaxat vasis injuria fit; vis totius corporis nequaquam minuetur, sed potius quod ad partem laborantem augetur. Medicus itaque recte curationem, ab iis remediis quae ad impetum sanguinis minuendum apprime valent, auspicabitur; videlicet, evacuationibus moderatis, quales fiant laxantibus, cucurbitulis cum ferro, hirudinibus; vesicatoria etiam prope partem affectam, praecipue in ophthalmia, forte et stimulando et evacuando profint.

Ad perfectam sanationem tamen, iis remediis quae tonum vasorum laxatis restituant maxime fidendum, quoniam sanguini irruenti et distendenti resistere et labor et opus medicorum esse videatur. In inflammationibus passivis, ubi corporis vigor multum fractus est, ex longa et perpetua virium subministratio, partibus morbo exhaustis, ut in podagra, aliisque similibus, curatio ab evacuatione vel remediis debilitantibus, neutiquam petenda est. Quanquam enim vigor corporis vigore partis laesae major sit; si tamen paululum minuatur, iis officiis fungendis, quibus vita salusque multo magis nituntur, quam quibus morbus obstat, haud par esse invenietur.

Eadem cautio adhibenda est, in iis passivae inflammationis morbis, quibus sistema tam subito, "aura" "simplicis igni," spoliatur ut typhi superveniant. In hujusmodi morbis, gastritide, enteritide, scilicet, ne quidem medicorum audacissimus, evacuando, debilitando, ad salutem pervenire posse sperat; cum morbus totius ex corporis vigoris exhaustione et inanitione pendet.

Hoc modo phaenomenis, quae praeципue ad haec duo genera inflammationis dignoscenda et distinguenda conferre nobis videntur, propositis ; finem huic dissertationi imponemus, animadvertisendo, ad analogiam exactam, quae obtinere apparet, inter morbos utriusque generis generales et locales †.

In activa quantumvis locali, incitatio febrilis totius systematis semper adeste, ad mensuram localis inflammationis observatur, *synochae* nomine; in passiva, systematis vigor imminutus, typhi; nonne haec inflammationum divisionem nostram demonstrare, et summopere confirmare videntur? Nonne etiam inter duo genera recte distinguere maximi esse momenti judicandum, cum hoc solo, ratio sana et frugifera initii fatetur?

Non possumus non saepius atque iterum inculcare, antequam ad finem ventum est, nos in hanc medicinae partem inductos fuisse, non tam nostro judicio aut experientia fretos, quam spe doctiores et perspicaciores existandi, ad haec quae nobis magna videntur, accuratius  
adhus

† Haller. Prælectr.

adhuc, et diligentius animum advertendum: notaeque  
hujus academie professorum doctissimorum, voluntate  
libera et benigna in omnes qui pro virili rem medicam  
promovere conantur nitentes, nos opellamque nostram  
eorum arbitrio libentissime permittimus.

## F I N I S.

## E R R A T A.

- 3. l. 10. *pro* perfecti *lege* profecte
- id.        *del.* " *ante extensus* et *post evadit*
- 6.        *pro* turbat *lege* turbant
- 27.        *del.* *in ante partim*
- 33.        *pro* exhalare *lege* exhalari
- 39.        I.        notaeque *lege* notaque.

